



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 183. De manso tradito in loco Hattrungen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
uuico et

§. 183.

Tradidit bodo mansum cum familia lassuward in *hattrungen* (C) te-
stes maynuuard baddo bern et ceteri supra scripti.

§. 184.

Tradidit euric pro anima suuale quidquid habuit in *blouwanscote* (D)
testes uolger bernhard adahuuard pumy.

§. 185.

Tradidit bodo quidquid habuit in *listungen* (E) pro anima sua
testes tradidit bernuuard mansum unum in *bilanuelde* (F) cum adiacente filia
item medium in *thyduuytibus* (G) testes hugo folbert hrodred odo et
alii VIII.

§. 186.

vero *Hiddersus* a progenitore quadam Hessi ducis possessa sit, vix Oedipus diu-
nando assequi poterit.

De villa
Hattrun-
gen.

(C) *Hattrungen* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quem vi-
cum designare debeamus. Quantum coniectura auguramus, intelligitur vel
Hattingen in comitatu Marcano, vel villa Hetrungen, quam supra §. 178. in
pago Westfalon deprehendimus. Videtur abbatia nostra tempore abbatis Sar-
achonis non amplius in possessione fuisse istius mansi, quem Bodo in villa Hat-
trungen tradidit. Nihil ergo definitius.

De villa
Blowan-
scote.

(D) *Blowanscote* villa ponitur in nostro Registro *intra pagum Brabantum*, quem am-
plissimum et spatiosum pagum fuisse, villis patet, qua aliis in documentis hu-
ic pago tribuuntur. Et cum in eo pago extiterint *Tornacum* (Tournay ad Scal-
dim fluvium) et *Ganda* (Gent ad idem flumen,) qua urbes hodie in Flandria
comitatu inueniuntur, pagus *Brabantum* ampliore regionem comprehendisse
videtur, quam ducatum Brabantia. De villa *Blowanscote* differemus *infra*
§. 229, vbi plura de Brabantio et Rensi pago inuenies.

De villa
Lifun-
gen.

(E) De villa *Listungen* vide §. 186.

De villa
Bilanuel-
de.

(F.G) *Bilanuelde* villa tribuitur pago *Wessago* in Registro nostro sapissime laudato. Eum
pagum probe discernere debemus a pago *Huetigo*, conspicuo in comitatibus
Pyrmontano et *Sualenbergico*, de quo egimus supra §. 3. not. (e) et *infra* plu-
ra dicemus. Situm pagi *Wessago* indicant duæ abbatiæ, qua nominantur *Heri-
fordia* et *Sceldice*, quarum illa in nostris documentis, haec vero in diploma-
te casaris Heinrici II ad annum 1019, quod in Nic. Schatenni *Annal. Paderb.*
T. I. p. 433. exstat, in eodem pago posita inueniuntur. Quodsi autem eadem
abbatis sunt *Herford* et *Schiltze*, in comitatu *Rauensbergico* reperiundæ, fine
vlo dubio pagus *Wessago* in comitatu *Rauensbergico* olim exstitit. Eandem
sententiam egregie confirmat villa *Bilanuelde*, qua indubie est oppidum *Bilefeld*,
eodem in comitatu *Rauensbergico* vili solitum, quibus *Vita Meinverci* episcopi
Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. f. 530. villam *Haspan* addit. Villa *Haspan* videtur esse
Hepen, intra præfecturam *Sparenberg* et in eodem comitatu sita; *Tbydwybeshus*
autem, qua, recte Sarachone, in eodem erat pago *Wessago*, probabiliter erit vicus
Dussen seu *Dissen*, iter vnius horæ circiter situs a castro *Rauensberg*, ad *Osnabru-*
gensem vero episcopatum spectans. Ecclesia in *Hepen* olim mater erat ecclesia
in *Bileuelde*, vti probant sequentes litteræ Bernhardi episcopi *Paderbornensis*:

Bernhard⁹ dī grā Paderbornensis epūs dilecto socero suo comiti
Ludowico salitem et dilectionis constantiam. Sciat constanter dilectio
ūta quod nos cum dilecto nrō dnō Ottone Custode Paderbornensi in
eo ⁹uenim⁹. quod quilibet inhabitatorum *Bileuelde* mansum ad quem
familia p̄tinet habentem. plebano de *Hepen* annis singulis in die
omnium